134* [= 219*] Siponti.

pomp. uict | ord. sipon

Sarnelli *Cronologia de' Vescovi Sipontini* (Manfredoniae 1680) p. 14. Gervasio *iscr. Sip.* p. 52 falsum esse agnovit.

135* Siponti.

iu(lio) ces(ari) i(mperatori) m(aximo) | ex(celsum) i(mperium) S(ipontini)

Sarnelli *Cronologia de' Vescovi Sipontini* p. 15.

136* 'Sipontinam hanc inscriptionem cum Aurelii Cassiani titulo mihi dono misit meus Grimaldus' MIGLIORE.

cn. auius. et. p. ceruius. curat. ann | an. xi. imp. tib. claud | c. rom. proc. inop. vic. frumenta. traiec | sen. consne. et. liberal. anim. pop | imp. claudi imp. s. dur | remp. sip | uacuam. a mun. col. f | assist. pop | eu. sim. et. n | d. d

Migliore Vat. 9143 f. 164'.

XXIX. LARINVM.

137* [= 775*] ad S. Martinum in Pensili extitisse volunt inscr. quae nominaret *Cliterniorum remp.*, frustra quaesitam a Pollidoro f. 274.

138* [= 774*] Larini.

corpus. lanariorum. et coriariorum | sua. pecunia. fecerunt

Antinori *ant. Frent.* 1, 49 auctore non allegato (inde omnino Romanelli *scov. Frent.* II, 141). Antinorius cum totus pendeat ex Pollidoro, hic titulus in Pollidorianis non extat aut certe eum ego apud eum non repperi. Sed cum alius auctor non laudetur et per se suspectus sit (quid enim lanariis cum coriariis?), huc eum ablegavi.

139* *Iunoni Feron[iae]* titulus dedicatus a Barbia L. f. Secunda origine Histricus, hodie adservatus Veronae (vol. III n. 412) apud Triam p. 74 nescio quo errore refertur, quasi extaret *(attualmente si legge)* Larini in turri campanaria cathedralis ecclesiae.

XXX. LVCERIA.

140* Luceriae.

cn. arrio. cn. f. pub | aximio | patrono. ord. in | et. colon.

Ligorius ms. Taur. 17 s. v. tribu Popilia. Imitatus est n. 828.

141* Luceriae in Dauniis.

q. sertinius q. l. callystus | mil. coh. uii praet. procur. | corp. fabr. tignar | vixit ann. xluii mens. $\overline{uii}$ | d. uiiii hor. ui | militauit annis xu principa|lis beneficiarius tribuni | deinde optio in centuria | eranista prator. ann. $\overline{iii}$ | hoc testamento | u. s. p. cur

Ligorius Taur. 10.

142* [= 220* = 773*] Luceriae in Apulia Daunia. in virdiario DD. oppidi Torre maggiore in dioecesi S. Severi quae adiacet Larinati.

Ligorius:	Pollidorus:
dis. manib. sac	dis. manib. sac
t. tibilius. t. f. pompt	t. tibilius. t. f. pompt
primitiuus	primitiuus
ueteranus. coh. $\overline{uii}$	ueteran. coh. uii
praetoriae. patron	praetoriae. patron
munic. lucerini d	munic. larin. d. s
fecit. sibi. solus	fecit. sibi. suisq
l. d. d. d	l. d. d. d

Ligorius ms. Taur. 10 (inde Gud. 184, 4). 7 antea fuit SOLOS.

Pollidoro ms. f. 347, qui vult descripsisse e schedis Caprioli; idem misit Mur. 1111, 8, unde repetivit Tria p. 48. Orell. 142.

Haec optime docet Pollidori interpolandi rationem; municipium *Lucrinum* (ita enim legit) mutavit in *Larin.*, *solus* in *suisq.* itaque ex titulo qui fraudem ingenue ut ita dicam profitetur confinxit typum quo dolus altius tegitur. Hoc uno titulo actum est de Pollidori fide.

143* [= 221*] locus non indicatur.

d. m | q. claelio | claelii. patricii. f. f | martia. ap. uiro. suo. lucer | m. p

Ex schedis Califani. D'Amelj n. 85.

144* Luceriae rep. 1849; adhuc apud Lombardios.

Recognovi descriptam a Garruccio. Mihi non visa est aetatis esse Romanae.

145* Luceriae in aedibus Lombardi.

Descripsi a. 1878 et falsam iudicavi.

146* *P. Caesii P. f. aedilis Sorae, publicani Romae* titulus Aquileiensis (vol. V n. 976) ab expilatoribus Manutii compluribus errore refertur ad Luceriam.

XXXI. BASELICE.

147* [= 226*] prope Baselice (apud Volturaram) rep. a. 1803 (annum adnotat Zoega) ad eccl. S. M. a Murgara.

imp. caesari. diui. m. antonini. f. | l. septimio. seuero. pio. pertinaci. aug | arab. adiaben. parth. pont. maximo | trib. potest. ix. imp. xii. cos. iii. procos. p. p | munificentissimo. prouidentissimoque. principi | ordo. populusque. murgantius | quod. basilicam. hanc. sua. impensa | construendam. curauerit.

Repperit Io. Ant. Cassitto ediditque in ephemeride nescio qua Neapolitana, quam ipsam non inveni, inveni titulum repetitum inde et *Giorn. dell' Ital. lett.* 1802 III p. 309 et in schedis Zoegae et apud Romanellium topogr. II (1818) p. 481 (inde Orelli 141). Falsam esse demonstravi *Bull. dell' Inst.* 1848 p. 5. Ficta est ut definiretur antiqua Murgantia, quam post Liv. X, 17 nemo memoravit, ita, ut ex *Baselice-Murgara* efficeretur *basilica Murgantina*. At *Murgantius* peccat contra grammaticae leges, adiectio «hanc» contra epigraphiae; deinde trib. potest. IX pertinet ad a. 201, cos. III ad a. 202 sq., imp. XII ad a. 210 sq., ut nullo modo hae notae concilientur, neque post a. 199 dictus est Severus *Parthicus*, sed *Parthicus maximus*. Quid quod falsarius expressit lapidem Mur. 347, 2 = vol. VI n. 225, ubi Severus dicitur *pius pertinax Aug. Arabicus Adiabenicus pont(ifex) et Parthicus maximus* (inde mirum illud «parth. pontifici maximo») *tr. pot. VIII imp. XI. cos. II* (inde IX—XII—III). — 5 QVE om. Zoega.

XXXII. AECA.

148* [= 224*] Trojae.

iii. uir. i. dic. q..... | annon. et | prou. afr.....

Pratilli p. 517.

149* [= 225] Trojae.

l. aeliani pre..... | et. claudiae.....

Pratilli p. 517.

XXXIII. VIBINVM.

Bovini olim ad portam S. Petri.

150* [= 1058*] herculi | sanctiss | invicto | sacr

151* [= 1059*] her. s

Ex Consiglii ms. historia Bovini. 'Falsa omnino; Hercules enim non recte dicitur sanctissimus'. Henzen.

152* [= 222*] Bovini rep. 1640 in porticu Francisci Sorga Neapolitani ante forum ad eccl. cath., in pavimento operis tessellati albi et nigri, fragm.

uibinates. posuerunt | publici. honoris. causa

Ex ms. Francisci Consiglio. Facile fingi potuit ut antiqua lis de Bovini nomine aetate Romana dirimeretur; accedit quod titulus qui a. 1640 dicitur rep., invenitur demum apud auctorem qui scripsit a. 1820.

XXXIV. BISACCIO. CARBONARA.

153* [= 230*] Bisaccio, quod Pratillio est Romulea.

nymphis. auf*idi* | seruatric. *Sacr* | c. magius. c. *f.* | uelleianu*s* | rest. et. de*dic.*

Pratilli p. 465. Inde Lupoli p. 180, quidquid dicit de amico primae admissionis qui secum communicaverit. Orell. 1648 ex Lupulo.

154* [= 231*] Bisaccio.

q. fossio. q. f. q. n. | equiti rom. trib. coh | aedili propraetori | uix. ann. li. m. x. d. iii | amici fecerunt

Pratilli p. 465.

155* [= 232*] extra Carbonaram ad viam qua ad Aufidum itur.

memoriae aeternae | a. cornell. a. f. collatini | praef. aerar. s. et. leg. | iu. adiutric. aedil. $\overline{q}$. $\overline{q}$ | primo fetiali adlecto | sex. clodia caecilia | uxor pientiss. fecit | xiii. kal. august | l. postumio q. opimio cos | qua die populo epulum dedit

Pratillius apud Vulpium Calogerà XIX p. 123, diss. Corton. II p. 177 (inde Mur. 287, 2), via App. p. 467. Recte condemnavit Cimaglia ant. Ven. p. 193.

XXXV. COMPSA.

156* [= 61*] Compsae.

a. liuinius. negotiator. suar.... | empto. solo | in. dimidia. p. sua | monum. sibi. et | catiniae. focariae. obsequentis | p | in. fr.....

Antonini Lucania p. 575 ed. 1, II, 111 ed. 2 ab abbate Albini.

157* [= 60*] inter Compsam et Petrampaganam [= Pescopagano] in rupe.

c. baebius. lu|pulus. et. c. ba|ebius. lupul. f | siluano. deo | uot. s. l. m

Lupoli inscr. Corfin. p. 215 ed. 2, qui inepto nominis sui studio ubique in antiquis inscriptionibus quaesivit Lupulos ipsius si diis placet maiores, hic autem non contentus fuit unico C. Baebio Lupulo tituli Compsini n. 975 genuini.